

GEORGIVS MACROPEDIVS POETA.



Georgius apud Belgas natus, & in omni gene  
re disciplinarum à pueris institutus fuit. Cum  
autem prima artium fundamenta iecisset, ad uarias  
academias peruenit, & in primis linguarum purita  
ti & arti Poëticas incubuit. Itaq; factum ut ob natu  
ralem inclinationē insignis Poëta euaserit, atq; Co  
loniæ & Traiecti magnum sibi nomen ob multipli  
cem eruditioñem cōpararit. Scripsit multas Co  
mœdias & Tragœdias, utpote Andriscam, Heca  
stum, Rebellem, Alutam, Asotum, Petriscū, Susan  
nam, & Passionem Christi, atq; Coloniæ edidit. Pa  
ri ratione Lazarum mendicum, atq; Bassarū in Co  
mœdiæ formam redegit, atq; Traiecti 1541 publica  
uit. Cum hoc modo omni genere uersuum sese exerceret, atque literarum stu  
dia iuuaret, cunctis doctis innotuit, atq; suum nomen magna laude ad poste  
ros transmisit. Con. Gess.